

In festivitate nuptiale,
spectatissimi
prudentissimique. Viri,
dn. Johann...

Alanus, Andreas Claudii

1 Ic 1675 Roskamp, Johan





IN
FESTIVITATEM NUPTIALEM,
Spectatissimi Prudentissimique VIRI,
DN. JOHANNIS GOTFRIDI
K O S R A M P S /

Amplissimæ Dynastiæ Aboënsis, Biörneburgensis & Alan-
densis, Secretarii expeditissimi,
SPONS I;

NEC NON
Castissima, Virtutumq; ornamentis decoratissima VIRGINIS,
ELISABETHÆ GEORGII
A L A N Æ,

VIRI VIV ÈV àγίοις,
Reverendi admodum ac Præcellentissimi,
DN. GEORGII C. ALANI
S. S. Theol. Doctoris celeberrimi, ac Professoris primarii in
Academia Aboënsi longè meritissimi, Pastoris item Abëonsis
vigilantissimi, filix dilectissimæ,

SPONS Æ;
Sacrum & felix Connubij fœdus: Auspicio S. S. Triados solen-
nitæ præclarâ, laudatissimorumq; hominum frequentia
initum 16.^{ta} Calendas Septembris Anni Christiani
cl̄o l̄c xxxv.

Auspicatissimi omnis, debitiq; honoris ergo
hæcce adposuere amici,

17

1675

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.



Quos Deus conjunxit, homo non separet.



Aedera conjugii sanxit castissima, primu-
Vasti qui posuit Sydera pulchra poli;
Cum paradisiacis hominem formasset in
hortis,

Connubii ritus sanxit & ille pios.
Jam prodi, ROSKAMPIADES, Tibi ducitur
uxor!

Ibit in amplexus casta puella Tuos.
Qvis Te non penitus reputet, nove Spon-
se, beatum!

Cui venit in castum Sponsa venusta torum;
Quam pudor & pietas, niveiqve in pectore mores,
Commendant; vultus, gratia, fama, genus.
Aspice fulgentes oculos gestusqve decoros,
(Dixero, mente Tuâ) vix habet illa parem.
Non tamen invideo: Sed honoribus opto salutem,
Qvos peperit virtus, Stemma decusqve Tuum!
Ergo, age, gaude animo, ROSKAMP lectissime Sponse!
Qvod venit in Thalamum pulchra puella Tuum.
O quoqve lateris, Tu formosissima VIRGO,
Felici talem Sydere nacta virum!
Qvem virtutis honos, probitas quem pura, fidesqve
Candida commendant, cultus amorqve Dei;
Qviqve magis propriis Te ipsam veneratur ocellis,
Cujus sola Salus vita salusqve tua est,
Hunc Tu grata colas, redames hunc semper in ævum;
Gaudia ab hoc solo deliciasqve petas!
Vivite concordēs! nil vestros turbet amores!
Nec violet castum garrula lingua decus!

Vivite, sit vobis pietas ante omnia curæ!
 Temnere nec summi iussa tremenda Dei!
 Sic Deus amborum felicia capta secundet!
 Sit sine labe domus, nec sine prole Torus!
 Vos pia turtureo societ concordia nexu?
 Cunctaqve pacificus jurgia pellat amor!
 Multiplices sicut ramos diffundit oliva;
 Protrudat germen blandula ALANA suum!
 Hartmannus tenui deduxit carmen avenâ;
 Consule, SPONSE, mea hæc candida vota boni!
 Hinc vobis opto pacem, Pyliamqve senectam;
 Sponse, Tibi faustum, Ti quoqve Sponsa, Vale!

Kortwilligh Gåta/ om Kärlekz

Medicijn stält.

| | |
|------------------------------|------------------------------|
| J ungfrur Dygdesamme/ | Hörer här gunstigt til |
| Gudfruchtige/ Bligsamme/ | Hwadh iagh framhafwa will! |
| Annammer Ehr til godo. | Denne min ringa Dicht! |
| Fast någon det förstodo/ | Eij wåges alt på Wichte. |
| Hoo Courtalie högt achtar/ | Venerem håller lär/ |
| Henne stads eftertrachtar/ | Wåde fieran och när; |
| Han plågar offra sökia | Effter den Lædom/ |
| Som Kärleken må mötia/ | Der effter see sigh om: |
| Men tan doch eij det råfa/ | Rätta Remedium är; |
| Förz mon han sänderbråta | Kärlecks höga Besvär. |
| Doch allom föreställer | Den helga Strift en Konst/ |
| Den hårligh är och gåller/ | Går eij heller omsonst. |
| Paulus ofz der til manar; | Förvhan något Ros |
| Mången sielf det och spanar/ | Som haar giordt här på Prof. |
| Om någon medh den Plåga | Finnes / som nu är sagt / |
| Wätte denne Konst wåga/ | Gifwa här å gran Achte! |
| Först rådt behändigt laga | Enom Matz Huswud af/ |
| Hierat af en Ratt laga: | Der til i behåld haaf |

Halsföret

Halfdehlen af en Kata!
 De Tre Ting ej forfata/
 Den Medicin och pröfwar
 Bruden höfligt och öfwar/
 Begge här innan snälle
 Gudh lät Dem lefwa fälle/
 Nu Jungfrur Konstn gifer/
 Min skyldigh Dienst bewijser

Och sehn tiffammanbröde
 Elliest blir det förstörde.
 Herr ROSKOPP Brudgü stödn!
 Hwars Frackheet man här ren.
 Effterfölge Herrens Dödh;
 Effter des Sinn' och Modh!
 Medh Ett Ord eller Tu!
 Jagh Edher stads ännu

Af
 Oförfaltat Hierta

SPECTATISSIME DOMINE!

Mirum forstian Tibi videtur, vir multis nominibus mihi plurimum observande, quod tantā instructus veniam audaciā, ut Te, cum aliis omnia fausta adprecantibus, compellare non erubuerim. Sanē presens deliberarem, an facerem; verūm Epistola non erubescit. Cur autem hoc fecerim, causas non leves suppeditat favor & benevolentia mihi affatim prestita. Itaque aliis vota maturantibus, si ego Te sicco, quod dici solet, pede praterirem, silentij intempestivi notam mihi inurerem. Quamprimum ad aures meas pervenit, Te inire velle sanctum fœdus conjugij cum consobrinā meā longē omnium amantiſsimā, non minus me Tua, quā ejus movebat causa, ut votum quaecumque subnecterem: non quidem eo animo, quod sperem tale à me proficisci posse, quod Tibi placeat; verūm ut exstaret aliquod grata mentis rexpūeror. Et si non pro lubitu voluntati Tuae hac responderint, me apud Te excusatum iri confido. Multi multa commendare solent; inter ea tamen, quae dignissima laude sunt, non postremam sibi vendicare videtur matrimonium. Nemo unquam bonus audivit civis, qui non liberis gignendis, iisque liberaliter educandis, operam dederit. Quid? Nulla gens tam barbara fuit, adeoque extra leges moresque projecta, tam ab omni humanitate aliena, apud quam conjugij nomen sanctum habitum non sit & venerandum.


id quoque Stoici fecerunt, ut se uxoris amplexibus & Tori legibus submiserint. Neesse enim est omnibus esse commune, quod communis hominum parens & natura author indidit. Hunc quoque natura ductum Tu mihi secutus videris, Vir Spectatissime, Dynastiae Aboënsis, Biörneburgensis ac Alandensis Secretarie longè fidelissime; cui tandem tadio facta est vita solitaria, adeo ut placuerit Tibi anteferre vitam sociam. Quod tandem elegisti Tibi Sponsam, Virginem Lectissimam ELISABETHAM ALANAM, non minùs pietate quàm virtute commendatissimam, quàm cum totam vitam suaviter agere decreveras; O Te ter quaterque beatum! Gaude itaque, ac novum Tibi jam vultum finge! cum novus hodie audias Maritus, hilarem fac hunc sumas diem, omnes curas ex animo dimovens ac Te totum letitiæ dedens! Cum illà sic de cetero vive, ut, post hanc vitam non terminandam in omne ævum vivas! Sic vovet, qui omnia fausta Tibi cupit. Vale.

J Ordenes arla Godheet / som Gudz städz ewiga Sinn E
O ch wäsendtliga Krafft giordt medh thet liusliga Samtaa L.
H an först hafft medhskapade Diur / Wennistior och all Bi I,
A t the må ökas i hwart sit Slagh / sampt liusligen omgå S;
N ermast träffas af ächta beparade Folck / vthan Ondst A
N ätte / ja Sedige / Frome af art / vthi öfningar allsnab B.
E fwen samma och händt här / som wi sielfwe befinn E.
S mucker Brudgumm här sina Brudh fast tienliga funni T;
R eder Högtidh an medh Bröllops gudliga Anslag H.
O förthenstuld alle som här Ehr williande sambl A,
S eer på godt intent, huru Brudfolk redliga handl A!
K ommer och här medh ihogh / them Önska af Herranö här ti L
A lständz önska / medh öf tilliët wara lustige / gladh A!
M ättens medh godt Snack / Maat / Dryck; Eder artliga öro N
P tjpor och Harpor fylle medh all Lust hoppandes all A!

Sic Ceteris gratulantium votis absens accessit
ANDREAS C. ALANUS.

Prudentiâ, nec non longo rerum usu Conspicue

DOMINE SECRETARIE!

Um matrimonio nihil unquam possit esse sanctius, quippe quod ipse rerum omnium parens instituit ac sanctificavit, & quod ipsa quoque sanxit natura; Quid ergo magis è re erit, quàm ætate maturâ matrimonio operam dare, ac id reddere posteritati, quod ipsi à majoribus nostris accepimus. Si verò matrimonii requirimus authorem, sciamus non à Lycurgo, nec à Solone, sed ab ipso summo rerum omnium opifice conditum & consecratum esse. Cum enim minùs svavem, imò inamœnam hominis fore vidisset vitam, nisi ei sociam adjunxisset; quare uxorem non è luto, quo virum, sed ex costâ viri procreavit; significatum cupiens, nihil nobis uxore charius esse debere, nihil magis adglutinatum. Idem hanc legem à se latam promulgavit, ut mortales crescerent, & matrimoniis multiplicarentur. Etsi igitur parentum nil pietate sanctius, At huic tamen conjugalis præfertur fides. Non ergo unquam dulcius esse potest in vitâ, quàm sibi talem eligere, quâ cum animi secreta communicari possint, cujus fidei tutò committatur, quæ mariti fortunas ut suas suscipiat. Novimus vulgarem amicitiam magnâ cum simulatione conjunctam esse, magnâque perfidiâ? Sœpè ii, quos amicissimos existimamus, sunt sicut Hirundines; quæ ut exactâ ætate devolant, ita illi, fortunâ reflante, deficient. Sed uxoria charitas non perfidiâ corrumpitur, nec ullâ rerum mutatione convellitur. Hæc Tu Tecum maturo judicio perpendis, Consultissime atque Spectatissime Dn. Secretarie, qui animum ad rem uxoriam applicas, contemnens celibatum, Tibique eligens Piam ac Pudicam ELISABETHAM, ex ALANORUM progenie satam. Illa paren-

parentum, illa sororum, fratrumque pietatem, præ Tui amore contemnit; Te solum respicit, ex Te pendet, Tecum emori cupit, & Tua tota esse vult. Si res secundæ sint, duplicatur felicitas: sin adversæ, erit illa, quæ Te consoletur, quæ affideat, Tibi inserviat, Tuum malum suum esse expetat. Quid ergo casto amore esse potest amabilius, quid sanctius atque honestius? Accrescet interim dulcis affinium multitudo, duplicabitur parentum, fratrum, sororum atque nepotum numerus; Tibique, Secretarie, parvulus aulâ ludet Æneas! Si domi agis, adest uxor, quæ solitudinis tadium depellat; Si foris es, quæ absentem desideret, redeuntem lætitiâ excipiat. Vivite itaque Deo, Vivite Vobis, in Nestoreos annos!

Sic ex animo vovet

SAMUEL G. ALANUS,

